

www.e-rara.ch

[Opera omnia]

Augustinus, Aurelius

[Basel], [1528-1529]

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: AW 57

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-5484>

Praefatio incertum cuius, nam Augustini non esse res ipsa clamat, in laudem Evangelii secundum Iohannem.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

A PRAEFATIO INCERTVM CVIVS, NAM AVGVSTINI non esse res ipsa damitat, in laudem euangelij secundum Ioannem.



Qnibus diuinæ scripturæ paginis euangelium excellit, quia quod lex & prophetæ futurum prædixerunt, hoc completum dicit euangelium. Inter ipsos autem euangeliorum scriptores, Ioannes eminent in diuinorum mysteriorum profunditate, qui à tempore dominicæ ascensionis per annos sexaginta quinque uerbum dei absq; aduinculo scribendi, usq; ad ultima Domitiani prædicauit tempora. Sed occiso Domitiano, cū permitte Nerua, de exilio redisset Ephesum, cōpulsus ab episcopis Asiæ, de cœterna patri diuinitate Christi scripsit aduersus hæreticos, qui eo absente irruerant in eius ecclesias, qui Christum ante Mariam fuisse negabant. Unde merito in figura quatuor animalium, aquilæ uolanti comparatur, quæ uolat altius cæteris auibus, & solis radios irreuerberatis aspicit luminibus. Cæteri quippe euangelistæ, qui temporalem Christi natiuitatem, & temporalia eius facta, quæ gessit in homine sufficienter exponunt, & de diuinitate pauca dixerunt, quasi animalia gressibilia cum domino ambulat in terra: hic autem pauca de temporalibus eius gestis edisserens, sed diuinitatis potentiam sublimius cōtemplans, cum domino ad cœlum uolat. Qui enim supra pectus domini in cœna recubuit, cœlestis haustum sapientiæ cæteris excellentius de ipso dominici pectoris fonte potauit. Legerat siquidem euangelia trium euangelistarum, & approbauerat fidem eorū & ueritatē, in quibus deesse uidit aliqua gestarū rerū historiæ, & ea maxime quæ dominus gessit primo prædicationis suæ tempore, scilicet antequam Ioannes Baptista clauderetur in carcere. Hæc ergo quasi dimissa ab illis scribit Ioannes quæ fecit Iesus antequam Ioannes clauderetur: sed maxime diuinitatem Christi & trinitatis mysterium commendare curauit. Tres siquidem alij euangelistæ dicta & facta domini temporalia, quæ ad informandos mores uitæ præsentis maxime ualent, copiosius profecuti, circa actiuam uitam sunt uersati: in qua laboratur, ut cor mundetur ad uidendum deum, Ioannes uero pauca domini facta dicit: uerba uero domini quæ trinitatis unitatem, & uitæ æternæ felicitatem insinuant, diligentius conscribit, & sic in contemplatiua uita, uirtute commendanda, intētionem suam & prædicationem tenuit: in qua contemplatiua uacatur ut deus uideatur. Iste siquidem est Ioannes quem dominus de fluctuaga nuptiarum tempestate uocauit, & cui matrem uirginem uirgini commendauit.

*Domini romani imperator
Nona romani imperator
episcopus cunctis
Ista promissa
Ioannes baptista*

DIVI AVRELII AVGV

STINI HIPPONENSIS EPISCOPI, IN EVANGELIUM Ioannis, Expositio.

Ab eo quod scriptum est, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, usq; ad id quod ait, Et tenebræ eam non comprehenderunt. Tractatus I.



INVENTES quod modo audiuius ex lectione Apostolica, quod animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei, & cogitantes in hac ipsa præsentī turba charitatis uestræ, necesse esse, ut multi sint animales, qui adhuc secundum carnem sapiant, nondumq; possint ad spiritalem intellectum se erigere: hæc uo uehementer quomodo ut dominus dederit, possim dicere, uel pro modulo meo explicare quod lectum est ex euangelio. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deū, & deus erat uerbum. Hoc enim animalis homo non percipit. Quid ergo fratres, filebimus hinc? quare ergo legitur si
a 2 filebitur?

*Cum uideris legendum
Ista 2 tribus de uerbo in
Cano. Ceteris part. ubi
no defectum. Notandum de
Iohanne euangelistam fuisse
pater. et primum ab
de qua in 1. alio Mariani
Magdalenam primum fuisse
et Iohannem 2. Iohannem a
uenerit, uiderit. et sic per
p. Iohannem primum dedit
p. quod ab ipso rogatus de ipso*